



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 121. Siciliae Prorex ad reprimendos Neapolitanos in Italiam venire  
jussus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

venirent, tunc in hoc eventu Cajetanus fatetur, quod illis in universam Ecclesiam potestas (\*) competeret, exceptis illis, quæ summi Pontificis propria ac particularia sunt. In secunda apologiæ suæ parte oppositiones sibi speciatim adversus ejus tractatum factas confutare aggreditur. Huic apologiæ Cajetanus ultimam manum admovit Romæ die vigesima nona Novembris Anno Salutis millesimo quingentesimo duodecimo.

3<sup>o</sup> cæc. XVI.  
A. C. 1512.

## §. CXXI.

*Siciliæ Prorex ad reprimendos Neapolitanos in Italiam venire jussus.*

Interea cum Cardinalis Surrentinus, cui Cardonna Neapolitani Regni administrationem detulerat, probe perspiceret, quod sibi plures copiæ omnino necessariae essent, ut exorto bello populum in officio contineret, ac seditiosos a capessendis armis præpediret, hac ex causa Moncadam, quo nemo magis hoc regnum Gallis rursus subjici formidabat, Neapolin ablegavit, ac omnes copias, quæ Tibure venerant, contraxit, & quibusdam etiam equitum agminibus

*Marian. lib. 3<sup>o</sup>. n. 42. in fin.*

B b 3

nibus

(\*) *Supple Extraordinariam. Si quis adversæ sententiæ argumenta penitus enervata desiderat, consulat vastum, atque eruditum opus R. P. Hieremice a Bennetis de Privilegiis Romani Pontificis.*

Sæcul. XVI. nibus auctus, mare trajecit, populi tu-  
 A.C. 1512. multibus obviaturus. Raymundus vero  
 Cardonna Ancona profectus, die tertia  
 Maji Neapolim venit, exercitum suum  
 redintegraturus, novisque militum sup-  
 plementis firmaturus, ut totis viribus  
 belli discrimen adire, suisque hostibus  
 vicem rependere possit.

*Paris de  
 Grffis. t. 3.  
 p. 938.*

Verum ejus consilia successu carebant,  
 quippe Angliæ Rex, inita cum Ferdinan-  
 do pace Eboracensem Cardinalem ac Ar-  
 chiepiscopum Romam decernebat, plena  
 potestate munitum, vi cujus nomine Regis  
 sui foederi accedere valeret. Datum quo-  
 que fuit negotium Eboracensi Cardinali, ut  
 Maximilianum ad inducias, quas Angliæ  
 Rex, ac Venetorum Respublica inter se  
 sanxerant, etiam assensu suo firmandas  
 induceret, ac Ferdinandum Arragoniæ  
 Regem, quatenus hoc foedus omnibus viri-  
 bus tueretur, excitaret. Valuit quoque Le-  
 gationis successus, cum negotium matu-  
 raret non tam Legati sollicitatio, quam  
 amplissimæ utilitatis spes, quam ambo  
 Reges ex mutua armorum societate sibi  
 pollicebantur. Cæsaris quoque animum  
 Ferdinandus ad sua vota potenter incli-  
 nabat, pollicitus, se eidem Burgundiæ  
 Ducatum denuè asserturum; quamvis id  
 nulla vero similis ratio suaderet. Ipse eti-  
 am Ferdinandus eodem proprii commodi  
 impulsu permotus seipsum vicit, conces-  
 sit-

fitque, ut **Consalvus**, quem tamdiu a publicis muneribus excluderat, in Italiam rediret, regii exercitus imperium denuo suscepturus. Hanc rerum vicissitudinem Papa non modo a Cardinale, sed ab ipsomet Rege Ferdinando edocebatur.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1512.

## §. CXXII.

*Julius re comperta sancitæ pacis pacta honesto obtentu eludens.*

Tam fausto nuncio Julii desideria expleta videbantur, unde minori moderatione jam in prosperis quam antea in adversis rebus usus nil intentatum reliquit, ut causam obtendere posset, ob quam a foedere inito, Regique Galliarum *Maria. l. 30.* transmissio recedere posset.

## §. CXXIII.

*Anathematis comminatio adversus Regem Cardinalium rogatu omissa.*

Jamjam Pontifex in eo erat, ut Galliarum Regi literas mitteret, quibus, *Guicc. l. 10. in fine.* an-  
tequam anathema promulgaret, eundem admonebat, ut Cardinalem Medicæum in Ravennatensi prælio captum libertati restitueret, si vero Rex parere renueret, in illum censurarum severitate animadvertere declaravit. Id vero cum absque Cardinalium sententia exequi nollet, convocato Patrum Senatu, eisdem literas a se scriptas prælegit. Hi vero, cum